

spe bona successus boni omnes molestias sustinobo atq; etiam in-
 fracto animo, diabolo quidem ringente, sed deo me adjuvante por-
 tabo. Quod de typo παρακλύσις scribis, is ab apostata quidem, sed
 non eo, quem existimas, sparsus est. Schmideling ante aliquot
 menses in Thermis Marchiacis dixit quibusdam meis civibus, se
 Berrensium senatus in legatione, quam ad eos post colloquium
 Mompelyartense obiit, indicasse hoc typo, quam omnis conso-
 lativ nostrâ doctrinâ everteretur, et paulo post à diversis pi-
 ctorem eo typo pingendo adhibitum. Autor igitur Schmideling
 apostata et ipse. De meis ex Kreyo cognosces. Henricy Altküh-
 nius ex itinere Galico me salutavit, quem jam apud vos esse
 existimo. Scripsit per eundem michi noster ille antiquus Petrus
 Hubnerus. Sed satis. Spero me habiturum occasionem vos coram
 salutandi. Deo tibi suisq; omnibus benedicat, amen. Bene vale,
 mi charissime Paræ cum uxore et liberis. Latio ex Tabernis
 Montanis anno 1590. 19. Martij.

Επιχαλν Τ. Τ.

Reverendo et Clarissimo Viri D. M. Wigand Geberthagen
 Davidi Paræ Collegij sapientia
 Rectori Heidelbergæ, Fratri et Amico
 suo officiosè colendo.

M. Davidi Paræ P. Hübnerus salutem.

1481

Vehementer metui, charissime Frater, ne silentium meum diutur-
 num te maxime offendisset: cuiusmodi D. Altkühovium, cum su-
 periori mense à me discederet, pluribus verbis rogavi, ut tibi me
 excusaret. Nam octodecim mensium spatio, si bene meminero, ni-
 hil ad te scripsi; A te vero Epistolam 10. Junij scriptam, calen-
 dis octobris anno superiori accepi. Dederas illam Wigando Span-
 hemio, qui pollicitus fuerat, se per certos homines eam ad me
 missurum. Verum evenit, ut Genevam delata tres menses an-
 plius latuerit, dum michi redderetur, propterea quod hostilibus
 exercitus vias omnes occuparat, adeo ut satis tuto illa urbe
 cuiquam exire non liceret. Dignus Fajus per Syndicum Reipubl.

Genevensis, Dñum Rosetum, eam ad me misit tandem. Excusa-
bas in ea ipse quoque literarum officium, duplici de causa factum,
ut aliquando temporis intervallo nihil scripseris, primo vide-
licet, quia post alumnorum nostrorum à vobis discessum, tibi cer-
torum hominum, quibus literas committeres, potestas non fuerit.
Deinde quod in Schmidelini fabrica occupatus amicis operam daret
ut volueris, non potueris. Senè prius illud me quoque hactenus in offi-
cio retardavit. Mercatores enim nostri, per quos literas mitte-
bam solliciti, anno superiori propter bellicos tumultus domi sepe
continuere. Præterea omnia itinera harum regionum infestata
et peregrinos aditu, et homines nostros exita prohibuerunt. Accipit
deinde aliud, de quo ex Altenhofio te putò cognovisse. Cum
bellum Sabaudicum à quibusdam nostrorum male fuisset admi-
nistratum, et varii rumores, uq; atroces in diversas nationes
de nobis spargerentur, non defuerunt, qui dicerent, per me
meiq; similes, qui ad exteros scriptitare soleamus, res nostras
vulgatas esse. Hanc ubi in me commoveri suspicionem ani-
madverti, de industria ab omni scriptatione abstinui, ita ut si
mihi etiam jurandum foret, me culpa vacare, id liquido posset.
Nunc per Dei gratiam paulò melior est rerum nostrarum
status, postquam dissidium inter hanc et Genevensem rempublicam
sublatum est. si per senatores quosdam nostros setisset, et non
omnes subditi totius ditionis Bernensis acerrimè se opposu-
issent, Geneva à nobis quidem, sed tamen non à deo deserta
fuisset. Expectamus novum bellum hæc æstate, nisi deus hostiles
conatus à nobis averterit: proinde nostri novos jam ad mi-
litiam destinaverunt duces. Faxit deus, ut majori fidelitate,
quam factum est nuper, rem gerant. Sed quid tibi de Hubero
scribam? Vates fuisti veracissimus, qui initio exilii ipsius, post-
quam Tubingam profectum percepisti, Eulesius vestris turbas
facturum prædixisti, et quidem eò graviores, quò isthuc propius
accessisset. Misit nuper hæc exemplaria aliquot foedi et foetici
sui foety una cum literis ad Magistratum nostrum, quibus
commeatum redeundi in patriam et novam causam suam co-
gnitionem et disputationem petit. Responsum ei nihil est
neq; etiam

neq; etiam libera in senatu lecta sunt; Nos autem eas legimus. De Ho 1590.

Dici non potest, quam efficaciter diabolus in isto homine domi-
 netur. Plane mihi videtur simile, quid illi accidisset, quod
 Pythagorei de sua Μετρηψυχωρι fabulati sunt, nempe
 ut in Huberum non ille Dominus, qui ex Elia in Aicem
 transiit, sed Schmidelini satanicus spiritus, assumptus alius
 non modo septem, sed septuagies mille seipso deterioribus
 iam furis omnibus, commigravit. Nam si infernus vi-
 ctam suam didiceret, et stygius Pluto ex ejus abyssu plau-
 stra, inuenerat naves, calumnias, maledictas, et
 blasphemias referret evomeret; vix tamen cum eis con-
 ferri posse crediderim, quas in suo eructavit libro. Exqui-
 sitius Diaboli organum ne inter Jesuitas quidem ullum jam
 esse aliud censeo. Impudentia multis gradibus Schmideli-
 num, quamvis impudentissimum superat, garrulitate pene
 equat, scientia illo multo est inferior. Nam tametsi in
 Schmidelino minime solidam, sed επιπολαΐσβαρ quandam
 constat fuisse eruditionem, tamen in Hubero ejusdem
 vix umbram esse, exploratissimum habemus; Et illius ο προ-
 ποσινος λογος cum maturo magis et considerato mentis
 judicio conjunctus, ac licet malitiose, diligentius tamen co-
 gitatus videbatur: hujus autem verba in ore, non in pecto-
 re nascuntur. Ita vero cor ejus virulentia plena est lin-
 gua ad maledicendum prompta est, ut vere cum Gellio Aristo-
 τρωπος, Αρρωπος, Αυδαδωσοςnov εχοντα Ααλιρον,
 Αικρατις, Απουατορ σορα, περιδαλυτορ, κοριτωφικε λοξεη-
 πορα. Sed depinxit ita ipsemet sese. luculente in suis cento-
 nibus, ut alio, qui ipsum describat, non sit opus. Missi thesaurum
 illius exemplar ad D. Bezam, eius occasionem istius libri, quam
 praesertim tibi infert, per literas exposui. Ignoravit eam Beza
 propterea quod, quae abs te et Schmidelino, cujus υπεραβουιση
 Hubery agit, edita sunt, Germanice fuerant scripta. Nudius
 tertius ad me rescripsit Beza cujus epistola exemplum
 una cum epigrammatibus, quae ab eodem accipi, ad te mitto.
 Quod sit ipsius judicium, videbis. Velim ego, si omnino canem
 hunc veritatem allatrantem responso dignemini, id non fatma

Solum, sed vernacula lingua quoque edat. Dubium enim mihi nullum est, ipsum primo quoque tempore sua etiam Germanice vulgaturum. Quod res Gallicas attinet, hisce diebus ad nos ex Burgundia scriptum est de victoria, quam recens obtinuit Rex Gallie, acerrimo in conflictu, cassis 1600. equitibus Henrici ducis, et pedibus ejusdem partium occisis, partim ad deditonem redactis. D. Christianus ad sortum Theologus noster 7. idus Martias diei suum obiit, sicut et Hottomannus in Februario Basileae. Illi successor nondum destinatus est. Murini ad me deferunt provinciam, sed cur illam non cupiam, facit vel solum Huberianum bellum, quod veritati movet. Unus enim machinas suas contra me directurus esset, si eum in locum quem ipse, tot annos ambivit, me evectum intelligeret. Cascum, quem a me superiore anno petisti, nulla occasione hactenus ad te mittere potui. Utinam certa mihi aliqua offerretur, facerem ut intelligeres planissime quam ad sibi benefaciendum paratus ac promptus sim animo. Habeo caseos optimos ante biennium confectos, et nihil magis opto, quam ut eos ad te queam mittere. Aurigae, qui hinc merces exportant, ultra Basileam non progrediuntur, inde per alios Argentinam, atque illinc iterum per Alpes ad vos deveniendum est, quicquid istud deferri volumus. Periculum vero est, ne surripiantur, aut intercipientur praesertim talia, quae esui esse videntur. Invigilabo autem in omnes occasiones, ut petitioni tandem tuae satisfiat. Bene et feliciter vale mi charissime. et observande. Frater. Salutatur te et uxorem costam meam. Dabam raptim Bernae. 5. Calend. Aprilis, 1590.

T. T. Huberius.
Clarissimo viro, Excellentissimo Theologo
Dno M. Davidi Pareo, Inspectori et
Rectori collegii collegii Sapientiae
in inclita Heidelbergae, prudentissimo,
Amico et Dno honorando.